

de infra 1604. 7. Dec. & 1822. 5. Febr.

1512. 2. Apr. — Prælati, seu Canonici dictæ Congregationis S. Salvatoris Ordinis S. Augustini à iuris Superioribus ad audiendum Personarum Confessiones deputatis conceditur, quod Personæ ipsæ ad eos accedentes audire, & Personæ ipsæ eis abique alia eorum Superiorum licentia confiteri possint: Dicti autem Prælati, seu Canonici Confessiones huiusmodi audientes, dictos Confitentis, penitentia & satisfactione præviis, quoties opus fuerit, ab omnibus & singulis peccatis Sedi Apostolicæ non reservatis, & à quibuscunque Suspensionum, Excommunicationum, & Interdicti sententiis, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & penis, quas à jure, vel ab homine latas incurrisse, quomodolibet confiteri, absolvere, & Vota per eos emissa in omnibus & singulis casibus locorum Ordinariis etiam per Synodales, seu Provinciales Constitutiones reservatis, in alia pietatis opera commutare, & desuper cum eisdem voventibus dispensare (exceptis tamen Censuris, & penis, Votis, & casibus, super quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda) & ipsi consentientibus Eucharistiæ Sacramentum ministrare liberè valeant: Ordinaris igitur, ac Rectoribus Parochialium Ecclesiarum inhibitor, ne eorum Parochianis, quod Canonici dictæ Congregationis non confitentur, aliquo pacto prohibere, seu persuadere præsumant, & nullatenus denegent ministrare huiusmodi consentientibus quæcunque Ecclesiastica Sacramenta, dummodo aliquod canonicum impedimentum, & rationabilis causa non subsistat.

Julius II. apud eund. ibid. §. 29. ¶ Vide tamen infra,

1516. 19. Dec. & 1604. 7. Dec. ac 1670. 21. Jun.

1512. 2. Apr. — Liceat ipsi Canonici Regularibus præfatæ Congregationis S. Salvatoris, & cuilibet ipsorum, nec non Conversis, Commis, & Novitiis suis, ac Monialibus, sive Sororibus, & Oblatis, seu Commis Personis prædictis utrius-

que

que sexus semel in vita, & mortis articulo, quicumque Presbyterum ex Canonici dictæ Congregationis, in calu verò necessitatis alium Presbyterum idoneum, tam Sæcularem, quam cuiusvis alterius Ordinis Regularem, in iurum eligere Confessorem, qui Confessionibus huiusmodi diligenter auditis, pro commissis per eos criminibus, delictis, & peccatis, in omnibus & singulis etiam Sedi Apostolicæ reservatis casibus debitam absolutionem, & plenariam omnium peccatorum suorum remissionem possint impendere, & penitentiam injungere salutarem. *Julius II. apud eund. ibid. §. 30. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1513. 6. Maji — Correctoribus Domorum Ordinis Minimorum pro tempore, & ubique existentibus facultas conceditur deputandi singulis annis sex, aut plures Presbyteros idoneos Sæculares, aut dictarum Domorum Fratres, qui in celebritate omnium Sanctorum, Assumptionis, & Annunciationis B. MARIE, ac Pentecostes, & die præcedenti in Ecclesiis ejusdem Ordinis, Confluentium Confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis per eos delictis, etiam in singulis casibus Episcopaliibus, absolutionis beneficium impendere, & penitentiam salutarem injungere, nec non Vota quæcunque per eos pro tempore emissa (Religionis, & Castitatis, ac ultramarino, nec non liminum Apostolorum Petri & Pauli, ac S. Jacobi in Compostella Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant. *Leo X. in Constit. 2. que incipit Pastoris §. 2. apud Pevtin. de Privileg. Regular. pag. mihi 110. ¶ Quoad Sæcularium Confessiones, vide ejusdem Pontificis Bullam editam 1516. 19. Dec. ¶ Quoad verò Casus Episcopales ad sunt plures resolutiones, sed vide infra, 1670. 21. Jun.*

1513. 4. Jul. — Generalis Congregationis Eremitæ Camaldulensis Monachorum Ordinis S. Benedicti, nec non Abbates, Priores, & Prælati pro

D

tem-

tempore existentes, in omnibus casibus, in quibus de jure communi, Prælati, & Monachi dictæ Congregationis auctoritas, sive licentia, seu dispensatio Ordinariorum, si ab eis exempti non essent, foret necessaria, cum eis dispensare, eisque licentiam, & auctoritatem concedere possint. *Leo X. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 2. qua incipit Etsi à summo, §. 22.*

1512. 4. Jul. — Personas volentes eidem Congregationi Erèmi Camaldulensis sociari, etiamsi Religionem, vel Ordinem alium quemcumque arctiorem ingredi vovissent, ab ipso Voto absolvere, & cum ipsis, dummodo in tali Religione, vel Ordine, quem vovissent, Professionem non emisissent, & ante Professionem emissam, ab ipsa Congregatione Camaldulensi non recedant, super omnibus Votis (Religionis Voto dumtaxat excepto) possint dispensare: ac omnibus quocumque Excommunicationis vinculo innodatis, Congregationem præfati Erèmi Camaldulensis Altissimo famularis ingredi volentibus, injunctis restitutione & poenitentia salutari, tanquam uni ex Monachis Congregationis hujusmodi, absolutionis beneficium impendere valeant: ita tamen, quod si inde ante Professionis emissionem discesserint, in eandem ipso facto reincidant. *Leo X. apud eundem ibid. §. 39. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1513. 4. Jul. — Prælati, sive Monachi præfate Congregationis Erèmi Camaldulensis à suis Superioribus ad audiendum Personarum Confessiones deputatis conceditur, quod Personas ipsas ad eos accedentes audire, ac Personæ ipsæ eis absque alia Superiorum suorum licentia confiteri possint: nec non dicti Prælati, sive Monachi Confessiones hujusmodi audientes, dictos Confitentem, poenitentia & satisfactione prævis, quoties opus fuerit, ab omnibus, & singulis peccatis Sedi Apostolicæ non reservatis, & à quibuscumque Suspensionum, Excommunicationum, & Interdicti sententiis, aliis-

aliisque Ecclesiasticis Censuris, & poenis, quas à jure, vel ab homine latas incurrisse quomodolibet confiterit, absolvere, & Vota per eos pro tempore emissa, in omnibus & singulis casibus, locorum Ordinariis etiam per Synodales, seu Provinciales Constitutiones reservatis, in alia pietatis opera commutare, & desuper cum existent votentibus dispensare (exceptis tamen Censuris, & poenis, Votis, & casibus, super quibus esset Sedes Apostolica merito consulenda) ipsique consistentibus libere valeant Eucharistia Sacramentum ministrare. *Leo X. apud eund. ibid. §. 40. ¶ Vide infra, aliam ejusdem Pontificis Bullam editam 1516. 29. Dec. nec non Constitutiones Clementis VIII. 1604. 7. Dec. & Clementis X. 1670. 21. Jun. emanatas.*

1513. 4. Jul. — Generali, Abbatibus, Prioribus, Monachis, Conversis, Commisissis, & Novitiis dictæ Congregationis Erèmi Camaldulensis conceditur, ut Confessores idonei, quos de suorum voluntate Superiorum, aut ipsi Superiores pro libito elegerint, omnium peccatorum suorum plenam semel tantum in mortis articulo remissionem eis concedere valeant: sic tamen, quod ipsi Confessores, de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, illam Personis Congregationis hujusmodi, prout ad illas pertinuerit, per se, vel alium faciendam injungant, quam illi facere, prout potuerint, omnino teneantur. *Leo X. apud eund. ibid. §. 47. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*
1513. 7. Jul. — Fratres Ordinis Minimorum, possint, quoties opus fuerit, etiam Paschatis tempore, & in mortis articulo, famulorum pro tempore in habitu Sæculari eis deservientium Confessiones audire, ipsique, & eorum cuilibet Eucharistia, & extrema Unctionis Sacramenta ministrare. *Leo X. in Constit. 4. qua incipit Iis, quæ §. 3. apud Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mibi 114.*
1514. 16. Jan. — Omnes, & singuli Monachi, D 3 Con-

Conversi, & Commissi Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustine de Padua, qui ex Monasteriis ejusdem Congregationis sub prætextu cujusvis indicæ, vel indicæ Cruciatæ discesserint, aut quomodolibet sine suorum Superiorum licentia exierint, sententiam Excommunicationis incurunt. *Leo X. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 118. qua incipit Nuper.*

1514. 16. Jan. — Facultates eligendi Confessores etiam extra Congregationem Casinensem, à Monachis, Conversis, & Commissis ejusdem Congregationis impetratæ, revocantur, & prohibentur impetrandæ. *Leo X. apud eund. ibid. Constit. 119. qua tria incipit Nuper.* ¶ Omnia, & singula Confessionalia hujusmodi, dictis Monachis concessa, vel concedenda, sine suorum licentia Superiorum, revocavit, & annullavit Innocentius VIII. apud eund. ibid. Constit. 104. qua incipit Cum inter.

1515. 19. Jul. — Archihospitalis B. MARIÆ de Populo, & S. Iacobi in Augusta de Urbe Confatribus conceditur, ut aliquem Presbyterum secularem, vel cujusvis Ordinis Regularem in suum eligant Confessorem, qui vita eis comite, eorum Confessionibus diligenter auditis, ab omnibus & singulis eorum peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam si talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica sit merito consulenda, videlicet Apostolicæ Sedi reservatis (offensæ Ecclesiasticæ libertatis, criminum hæresis, rebellionis, aut conspirationis in personam, vel statum Romani Pontificis, seu Sedis Apostolicæ, falsitatis litterarum, supplicationum, & commissio- num Apostolicarum, invasionis, depraedationis, vel occupationis, aut devastationis Terrarum, & Maris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subjeutorum, offensæ personalis in Episcopum, vel alium Prælatum, prohibitionis de-

volu-

volutionis caularum ad Romanam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium, dumtaxat exceptis) semel in vita; in aliis verò Casibus quoties fuerit opportunum, pro commissis debitam eis absolutionem impendat, & injungat poenitentiam salutarem. *Leo X. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 15. qua incipit Salvatoris, §. 14.* ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.

1515. 19. Jul. — Dicitur Confessor à præfatis Confatribus electus, Vota quæcunque (ultramarino, Limum Apostolorum Petri & Pauli de Urbe, S. Iacobi in Compostella, & S. MARIE de Laureto, Religiosisque, & Castriarum Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat: & idem, vel alius Confessor omnium peccatorum semel in vita, & in mortis articulo, quoties illi occurrere videbitur, etiam si mors tunc non sequatur, absolutionem concedere possit. *Leo X. apud eund. ibid. d. §. 14.* ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.

1516. 18. Aug. — Excommunicationis lætæ sententiæ poenam, à qua, nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi non possunt, eo ipso incurritur Regulares quorumvis Ordinum, qui aliquos Fratres Ordinis Minimorum ad eos confugiunt, seu veniunt, sub prætextu quorumcunque Privilegorum, in eorum Domibus, seu Conventibus recipiunt, aut eis ipsorum habitum concedunt. *Leo X. in Constit. 6. qua incipit Quamvis, §. 3. apud Peyrin. de Privileg. Regular. pag. 116.*

1516. 3. Sept. — Fratres Ordinis Minimorum, tam Prælati, quam Subditi, non recipientes Visitatores à Generali ejusdem Ordinis Correctore pro tempore deputatos, illique non obedientes, Excommunicationis lætæ sententiæ poenam, à qua nisi à Romano Pontifice, vel Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo constituti, absol-

D 3 36 v2

Vi non possunt, incurrun: sicuti etiam impediētes, contradicentes, & consensum, auxilium, vel favorem præbentes. *Leo X. in Constitut. 14. qua incipit Licet aliis, §. 2. apud eund. ibid. pag. mihi 128.*

1516. 19. Dec. — Excommunicationis sententiam, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, incurrun: illi, qui in Concionibus tempus præfixum futurorum malorum, vel Antichristi adventum, aut certum Iudicii diem asserere præsumunt. *Leo X. in Concil. Lateran. apud eund. ibid. Constit. 21. qua incipit Supernæ, §. 5. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Prædicator.*

1516. 19. Dec. — Regularium Superiores, Fratres, quos ad audiendas Confessiones subditorum Prælatorum (Episcoporum scilicet) pro tempore elegerint, eisdem Prælati personaliter exhibere, ac præsentare, (sicos sibi exhiberi, & præsentari petierint) alioquin eorum Vicariis, dummodo ad Prælatos ultra duas dietas accedere non cogantur, teneantur omnino: possintque illi per eoldem Episcopos, & Prælatos super sufficienti litteratura, & aliqua saltem hujusmodi Sacramenti peritia dumtaxat examinari: talibusque præsentatis admittis, vel etiam indebitè recusatis confitentes, Constitutioni, quæ incipit *Omnis utriusque sexus*, quoad Confessionem dumtaxat, satisficisse censeantur. *Leo X. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 22. qua incipit Dum intra, §. 6. & referunt etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Privilegia Regularium, pag. mihi 402. ac Peyrin. de Privileg. Regulari. pag. 145. necnon Matthæucc. in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 8. num. 16. & tom. 2. cap. 15. num. 1.*

¶ Hæc Constitutio quoad hanc partem pluribus in locis superius citatur, tanquam prima, quæ requirit Regularium approbationem ab Episcopis faciendam pro audiendis sæcularium Confessionibus. ¶ Vide etiam infra, 1670. 21. Jun.

1516. 19. Dec. — Regulares prædicti etiam Forensium Confessiones audire valeant: Laicos tamen, & Clericos Sæculares à sententiis ab homine latis nullatenus absolvere possint. *Leo X. apud eod. ibid. §. 7. ¶* Notandum, quod cum ejus sit absolvere, cujus est ligare, *l. 5. ff. de re judic. C. verbum, de pen. dist. 1.* hinc qui potuit excommunicare, potest absolvere, ut tradit Gloss. *verb. inferior, in cap. inferior, 21. dist. & probant text. in cap. prudentiam, §. sexta, de offic. deleg. & in cap. ad reprimendam, de offic. Ordin. ideoque debet absolvere, vel ipse qui eam tulit, vel alius cui ipse commisit, cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. Ord. lib. 1. tit. 31. Gloss. in cap. si quem, de sent. excomm. lib. 3. tit. 39. limita tamen, nisi in casibus expressis in cap. eos qui, de sent. excomm. in 6. lib. 5. tit. 11.*

1516. 19. Dec. — Præfati Regulares, Eucharistia, & extremæ Unctionis, aliaque Ecclesiastica Sacramenta illis, quorum etiam infirmorum, ac decedentium Confessiones audierint, dicentibus proprium Sacerdotem illa sibi dare denegasse, dare nequeant, nisi denegatio sine legitima causa facta, vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram publico Notario facta doceretur. *Leo X. apud eod. ibidem d. §. 7.*

1516. 19. Dec. — Dicit Regulares, illos, quorum Confessiones pro tempore audierint, ad solvendum Decimas, sive aliam bonorum, seu fructuum quotam in locis, in quibus Decimæ ipsæ, aut familia solvi conlueverunt, etiam sub onere conscientiarum suarum monere, & hortari, ipsique etiam illas solvere recusantibus absolutionem denegare teneantur. *Leo X. apud eod. ibid. §. 17. ¶* Notandum primò, quod qui Decimas subtrahunt, aut impediunt, sunt excommunicandi, necnon hoc crimine, nisi plenà restitutione secuta, sunt absolvendi, Concil. Tridentin. *sess. 25. cap. 12. de reform. apud Nicol. in Lucubrati. tom. 2. Can. lib. 3. tit. 30. num. 2. pag. mihi 106. ¶* Notandum secundò,

quod si quis tamen culpa sua non solvit, sed quando ad Confessionem accedit, impotens est ad restituendum, potest absolvi, ut DD. apud Barbol. in d. loc. *Concil. num. 7.*

1516. 19. Dec. — Excommunicati Ordinem Regularium profiteri volentes, ubi de interesse tertii ageretur, absolvi non possunt, nisi pravia satisfactione. *Leo X. apud eisd. ibid. §. 19.* ¶ Notandum primò, quod satisfacere paratus, absolvendus est, licet pars satisfactionem acceptare nolit; *Bonac. de Censuris dist. 1. quest. 3. punit. 9. num. 8. Nicol. in Floscul. verb. Excommunicatio, num. 28.*

¶ Notandum secundo, quod licet sit probabilissimum, quod Absolutio à Censuris implicite contineatur in illis verbis à peccatis tuis, addendum tamen ly à censuris, *Tamburin. de Confess. lib. 2. cap. 10. numer. 57. apud Bissum in Hierurg. tom. 1. lit. F. num. 134. §. 54.* ¶ Notandum tertio, quod Confessarius peccat mortaliter, si innodatum majori Excommunicatione absolveret à peccatis, priusquam ab Excommunicatione, ut habet Bissus loco citato.

¶ Notandum quartò, quod qui fuit publice excommunicatus, prælumitur, quod adhuc Censurà innodatus exsistat, nisi probet, se fuisse absolutum, juxta punctualem Glof. in cap. *Proposuit. de Cler. excom. vel deposit. in verb. de absoluteione*: & ideo Pœnitens recipiat testimonium Confessarii de absoluteione in scriptis, ut possit ostendere, cum opus fuerit, se absolutum, *Graf. decif. aur. par. 1. lib. 4. cap. 15. num. 22. Et 24. apud Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. tit. 3. form. 18. nu. 1.*

¶ Notandum denique quintò, quod pro absoluteione à Censuris nihil accipiendum, *Nicol. in Floscul. verb. Taxa, num. 5. pag. mihi 477.*

1516. 19. Dec. — Fratres, & Sorores Tertii Ordinis, nec non Mantellati, Corrigiati, Pizocharæ, Cordellati, & alii quocunque nomine nuncupari, in propriis Domibus habitantes, in die Pajehatis tantum Eucharistiam, nec non extremam

nam Unctionem, cæteraque Ecclesiastica Sacramenta (Pœnitentiæ Sacramento dumtaxat excepto) à proprio Sacerdote recipiant. *Leo X. apud eisd. ibid. §. 21.*

1517. 20. Febr. — Omnes, & singuli, qui se Vicecancellarii, aut aliorum Cardinalium, vel Abbreviatorum, seu Scriptorum eorumdem, aut aliarum Personarum quarumcunque, ex qualitatibus, & privilegiis, sive ex antiqua consuetudine, litteras Apostolicas in toto, vel in parte gratis expedire solent, Nepotes, Fratres, aut Familiares continuis Commentales in eisdem litteris nominaverint, si re verà tales non fuerint, Excommunicationis sententiam, à qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem (articulo mortis excepto, ac debita satisfactione pravia absolvi possint, incurrunt, qua etiam innodantur Officiales præmissa fieri procurantes, seu permittentes. *Leo X. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 27. qua incipit Inhaerendo, §. 1. Et 2.*

1517. 27. Mar. — Excommunicationis late sententiæ pœnam, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possunt, incurrunt Monachi professi Congregationis Casinensis, qui absque petita, & obtenta à suis Superioribus licentiâ, ad Religiosos alterius cuiusvis Ordinis, præsertim Camaldulensium, etiam vitam Eremiticam agentium, se transferunt; qua innodantur etiam recipientes. *Leo X. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 127. qua incipit Licet.*

1517. 8. Apr. — Facultatem absolvendi quoscunque Pœnitentes, ab Eugenio IV. Monachis Congregationis Casinensis (ut supra, 1431.) generaliter concessam limitat, & ad arbitrium, & de licentia suorum Superiorum intelligendum fore declarat. *Leo X. apud eund. tom. 2. Constit. 409. qua incipit Cum sicut.* ¶ Vide superius aliam ejusdem Pontificis Bullam editam 1516. 19. Dec. et infra, 1670. 21. Jun.

1578. 1. Jul. — Correctori pro tempore existenti
 Domus Ss. Trinitatis de Urbe Ordinis Minimorum
 conceditur facultas deputandi Confessores Re-
 ligiosos dicti Ordinis, qui Christi fideles ad ean-
 dem Ecclesiam pro consequendis Indulgentiis accen-
 dentes, eorum Confessiones audire, & à quibus-
 cunque casibus, etiam Apostolicæ Sedi reservatis
 (exceptis contentis in Bulla Cœnæ Domini) ab-
 solvere possint, & valeant. *Leo X. in Constit. 8. qua
 incipit Esi cunctæ, §. 3. apud Peyrin. de Privileg.
 Regular. pag. mibi 119. ¶ Vide supra, 1516. 19. Dec.
 & infra 1670. 21. Jun.*

1519. 12. Mar. — Licentia audiendi Confessiones
 data ad beneplacitum, potest revocari. *Congreg. Episc.
 eopor. apud Gavant. in Manuali, verb. Confessarius,
 numer. 13. ¶ Hoc postea decrevit pro quibuscun-
 que etiam Regularibus ead. Congreg. in Bapion. 1619.
 19. Mar. apud Nicol. in Lucubrat. tom. 2. Cap. lib. 5.
 tit. 36. de poenit. & remiss. num. 9. vers. Secundò limi-
 ta, pag. mibi 162. ubi etiam quod potest item reduci
 ad tempus limitatum, & eam obtinens iterum exa-
 minari, ex Congreg. Concil. in Patavina 1645. 7. Jan.
 approbatio autem ad tempus concessa, eo lapsio,
 expirat sine alia revocatione, ut testatur ulus Ur-
 bis, & Orbis, & in prorogatione potest iterum
 fieri examen, ead. Congreg. in Toletana 1595. 18.
 Sept.*

1519. 20. Mar. — Excommunicationis lætæ senten-
 tiæ poenam, à qua nisi per Romanum Pontificem
 pro tempore existentem, præterquam in mortis ar-
 ticulo constituti, absolvi non possunt, eo ipso
 absque alia declaratione incurrunT Tertiarîi, Ere-
 mitæ, Mulieres, & alii Religiosi, habitum Or-
 dinis Minimorum deferre præsumentes. *Leo X. in
 Constit. 9. qua incipit Licet, §. 3. quod Peyrin. de
 Privileg. Regular. pag. mibi 122.*

1519. 23. Jul. — Qui ad cruenta Duellantium spe-
 ctacula videnda convenerint, Excommunicationis,
 & perpetuæ maledictionis poenam incurrant,

ac

- ac Locus ipse Ecclesiastico subjacet Interdicto
*Leo X. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit.
 31. qua incipit Quam Deo, & hominibus, §. 5.*
1520. 19. Maji — Correctori pro tempore existenti
 Domus Fratrum Minimorum Ss. Trinitatis de Ur-
 be conceditur facultas Moniales S. Mariæ Magda-
 lenæ de Poenitentia in eadem Urbe degentes pro-
 videndi de Confessoribus idoneis, easque à quibus-
 cunque peccatis, & delictis quantumcunque gra-
 vibus, etiam Apostolicæ Sedi reservatis, toties
 quoties opus fuerit, absolvendi, & in earum Con-
 fessionibus eas audiendi, & poenitentiam saluta-
 rem in jurgendi. *Leo X. apud eund. ibid. Constit. 39.
 qua incipit Salvator §. 8. ¶ Vide tamen infra, 1604.
 7. Dec. & 1622. 5. Febr.*
1520. 15. Jun. — Damna sunt sequentes Errores
 Martini Lutheri à Leone Decimo, quorum pri-
 mus, cæteris omisis: In Puero post Baptismum nega-
 re remanens peccatum, est Paulum, & Christum
 simul conculcare. Apud Cherubin. in Bullar. Rom.
 tom. 1. Constit. 40. qua incipit Exurge Domine, nu-
 mer. 2.
1520. 15. Jun. — Secundus: Fomes peccati, etiamsi
 nullum adstet actuale peccatum, moratur excurrentem à
 corpore animam ab ingressu Cæli. Apud eund. ibid.
 numer. 3.
1520. 15. Jun. — Tertius: Tres esse partes Poeniten-
 tiæ, Contritionem, Confessionem, & satisfactionem,
 non est fundatum in Sacra Scriptura, nec in antiquis
 Sanctis Christianis Doctoribus. Apud eund. ibid. nu-
 mer. 5.
1520. 15. Jun. — Quartus: Contritio, qua paratur
 per discussionem, collationem, & detestationem peccato-
 rum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine ani-
 mæ suæ, ponderando peccatorum gravitatem, multitu-
 dinem, feditatem, omissionem aeternæ beatitudinis,
 ac aeternæ damnationis acquisitionem, hæc contritio facit
 hypocritam, imò magis peccatorem. Apud eund.
 ibid. numer. 6.

1520.

1520. 15. Iun. — Quintus: *Verissimum est proverbium, & omnium doctrina de Contritionibus hac usque data praestantius, de cetero non facere, summa paenitentia: optima paenitentia, nova vita.* Apud eund. ibid. numer. 7.
1520. 15. Iun. — Sextus: *Nullo modo praesumas confiteri peccata venialia, sed omnia mortalia, quia impossibile est, ut omnia mortalia cognoscas: unde in primitiva Ecclesia solum manifeste mortalia confitebantur.* Apud eund. ibid. numer. 8.
1520. 15. Iul. — Septimus: *Dum volumus omnia peccata confiteri, nihil aliud facimus, quam quod misericordiae Dei nihil volumus reliquere ignoscendum.* Apud eund. ibid. numer. 9.
1520. 15. Iul. — Octavus: *Peccata non sunt ulli remissa, nisi, remittente Sacerdote, credat sibi remitti: imo peccatum maneret, nisi remissum crederet: non enim sufficit remissio peccati, & gratia donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.* Apud eund. ibid. numer. 10.
1520. 15. Iul. — Nonus: *Nullo modo confidas absolvi propter tuam Contritionem, sed propter verbum Christi, Quodcumque solveris super terram, &c. Hic, inquam, confide, si Sacerdotis obtriveris, & crede fortiter te absolutum, & absolutus verè eris, quidquid sit de Contritione.* Apud eund. ibid. numer. 11.
1520. 15. Iul. — Decimus: *Si per impossibile confessus non esset contritus, aut Sacerdos non serò, sed joco absolveret, si tamen credat se absolutum, verissimè est absolutus.* Apud eund. ibid. numer. 12.
1520. 15. Iul. — Undecimus: *In Sacramento Paenitentia, ac remissione culpe non plus facit Papa, aut Episcopus, quam infimus Sacerdos: imò ubi non est Sacerdos, aequè tantum quilibet Christianus, etiamsi Mulier, aut Puer esset.* Apud eund. ibid. numer. 13.
1520. 15. Iul. — Duodecimus: *Nullus debet Sacerdoti respondere se esse contritum, nec Sacerdos requirere.* Apud d. Cherubin. in d. Bullar. loc. cit. numer. 14.

1520. 15. Jul. — Decimus tertius: *Magnus est error eorum, qui ad Sacramenta Eucharistiae accedunt, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi confessi alicujus peccati mortalis, quod praemisissent orationes suas, & preparatorias, omnes illi ad iudicium sibi manducant, & bibunt: sed si credant, & confidant se gratiam ibi consecuturos, haec sola fides facit eos puros, & dignos.* Apud eund. ibid. numer. 15.
1520. 15. Jul. — Decimus quartus: *Excommunicationes sunt tantum externa poena, nec privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiae orationibus.* Apud eund. ibid. numer. 23.
1520. 15. Jul. — Decimus quintus: *Docendi sunt Christiani plus deligere Excommunicationem, quam timere.* Apud d. Cherubin. in d. Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 40. numer. 24.
1520. 15. Jul. — Decimus sextus: *Verbum Christi ad Petrum, Quodcumque solveris super terram, &c. extenditur dumtaxat ad ligata ab ipso Petro.* Apud eund. ibid. numer. 26.
1520. 15. Jul. — Decimus septimus: *In omni opere bono Iustus peccat: & Opus bonam optime factum, est veniale peccatum.* Apud eund. ibid. numer. 31. & 32.
1520. 15. Jul. — Decimus octavus: *Nemo est certus, si non semper peccare mortaliter, propter occulissimum Superbia vitium.* Apud eund. ibid. numer. 35.
1520. 15. Jul. — Decimus nonus: *Liberum arbitrium post peccatum, est res de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter.* Apud eund. ibid. numer. 36.
1520. 15. Jul. — Vigésimus: *Anima in Purgatorio peccant sine intermissione, quandoque quarunt requiem, & horrent poenas.* Apud d. Cherubin. in d. Bullar. loc. cit. numer. 39.
1524. 17. Apr. — Siquis Clericus, & Laicus Redemptionem Captivorum, icu verbo, vel opere, Diabolo intigante, impedierit, sciat se excommunicatum esse, ac anathematizatum, & benefi-

neſicium ſux abolitionis nullatenus obtinebit, quouſque de damnis Ordinis Ss. Trinitatis, & contemptu Romanæ Eccleſiæ ſatiſfecerit competenter. *Clemens VII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 7. qua incipit* Gratum Deo, §. 10.

1525. 5. Aug. — Auditoribus Rotæ Romanæ, & Locatenſibus, & eorum cuiſlibet conceditur, ut omnes & ſingulas utriuſque ſexus Perſonas quaruſcunque Parochialium Eccleſiarum, ac Dignitatum, vel aliorum Eccleſiaſticorum curam Animarum habentium per eos pro tempore obtentorum, per ſeipſos, vel alios ab eis deputandos, eandem Perſonarum Confeſſionibus diligenter auditis, in omnibus & ſingulis caſibus, in quibus Ordinarii locorum de iure, aut conſuetudine abſolvere poſſunt, quoties ad eos Confeſſionis cauſa conſuſerint, abſolvere, eiſque poenitentiam ſalutarem injungere valeant. *Clemens VII. apud Cherubin. d. tom. 1. Conſtit. 13. qua incipit* Conventu æquitati, §. 3.

1525. 5. Aug. — Diſti Romanæ Rotæ Auditores, & eorum ſinguli aliquem Presbyterum Sæcularem, vel cuiuſvis Ordinis Regularem, in eorum poſſint, & quilibet eorum poſſit eligere Confeſſorem, qui vita ejus comite, in caſibus Sedi Apoſtolice reſervatis (præterquam offeſſa Eccleſiaſtica libertatis, criminum hæreſis, rebelliſionis, aut coſpirationis in perſonam, vel ſtatum Romani Pontificis, ſeu Sedem Apoſtolicam, falſitatis litterarum Apoſtolicarum, ſupplicacionum, & commiſſionum, invaſionis, deprædacionis, occupationis, devaſtationis Terrarum, & Maris Romanæ Eccleſiæ mediætè, vel immediætè ſubjectorum, offeſſa perſonalis in Episcopum, vel alium Prælatum, prohibitionis devolutionis cauſarum ad Romanam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Inſidelium) ſemel ſingulis annis, & quoties de eorum morte timendum extiterit, in aliis verò quoties fuerit

fuerit opportunum, Confeſſione eorum diligenter audita, pro commiſſis debitam eis abolitionem impendat, & injungat poenitentiam ſalutarem. *Clemens VII. apud eund. ibid. §. 8. ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.*

1525. 5. Aug. — Diſtus ejusdem Rotæ Auditorum Confeſſor per eos electus, Vota quæcunque (ultramarino, Liminum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac S. Jacobi in Compoſtella, & Caſtitaris, ac Religionis Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera committare valeat: idemque Confeſſor, quem quilibet eorum duxerit eligendum, omnium peccatorum ſuorum etiam ſemel ſingulis annis, & quoties de eorum morte timendum fuerit, plenariam remiſſionem à pena, & culpa eis concedere poſſit: ſic tamen, quod idem Confeſſor de eis, de quibus fuerit alteri ſatiſfactio impendenda, eis per eos ſi ſupervixerint, vel alios ſi forſan tunc tranſierint, faciendam injungat, quam ipſi, vel illi facere teneantur. *Clemens VII. apud eund. ibid. d. §. 8. ¶ Vide tamen* Conſtitutionem Clementis VIII. infra poſitam, & editam 1604. 7. Dec.

1525. 13. Aug. — Gubernatores Monafterii Monialium S. Mariæ Magdalena de Poenitentia in Urbe, quoties voluerint, condere poſſint, alterare, & mutare Statuta licita, & honeſta, etiam earum Confeſſores quomodolibet concerentia, nec non quacunquæ poenas, de quibus eis placuerit, in Contravenientes apponere. *Clemens VIII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 14. qua incipit* Cum ex corpore, §. 4.

1526. 16. Mar. — Quoties Capitulum generale Militiæ de Calatrava Ordinis Cifterciensis celebrabitur, in principio ipſius Capituli, pro tempore exiſtens Prior Conventus Militiæ hujusmodi, ſeu ejus Vicemgerens, omnes & ſingulos Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & Perſonas dictæ Militiæ in eodem Capitulo pro tempore intereſſentes, à quibuſvis culpis, tranſgreſſionibus, omiſſio-

omissionibus, vel negligentis, ac quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, ac reliquis Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine in eos latis, aliisque eorum peccatis, delictis, criminibus, & excessibus quibuscunque, quantumcunque gravibus, & enormibus, dummodo talia non fuerint, propter quæ Sedes Apostolica foret meritò consulenda, absolvere, ac eis pro præmissis poenitentiam salutarem injungere, ac cum eis, & eorum singulis super Irregularitate per eos contracta, & contrahenda dispensare liberè, & licite valeat. *Clemens VII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 18. quæ incipit Apostolica Sedis, §. 5. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1530. 11. Aug. — Omnibus, & singulis utriusque sexus Confratribus Confraternitatum institutarum in loco Ordinis B. MARIE de Monte Carmelo, & culibet eorum conceditur, ut aliquem Presbyterum idoneum Seculare, vel cuiusvis Ordinis etiam Mendicantium, & de Observantia Regularem, in suum possint eligere Confessorem, qui vita eis comite, eos, & eorum quemlibet à quibusvis etiam majoris Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine latis, & quibusvis etiam pro tempore irretiti fuerint, etiam si illorum absolutio Sedi Apostolicæ specialiter, vel generaliter (præterquam per litteras in Coena Domini legi solitas) reservata foret, absolvere possit. *Clemens VII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 31. quæ incipit Ex Clementi, §. 8. ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.*

1530. 11. Aug. — Dicitur, eorundem Confratrum Confessor per eos electus, quorumcunque Votorum, & Juramentorum, necnon Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, perjuriis, Simoniæ, & homicidii mentalis, vel casualis reatibus, manuum violentarum in qualvis Personis Ecclesiasticis

fasticas (non tamen Episcopis, vel eorum Superiores) de præterito injectionibus, sejuniorum, horarum Canonicarum, Divinorum Officiorum, ac penitentiarum injunctarum in toto, vel in parte omissionibus, omnibusque aliis eorum peccatis, criminibus, & delictis, & excessibus, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes Apostolica merito consulenda foret, in casibus dictæ Sedi qualitercunque reservatis (exceptis contentis in litteris Cæne Domini) semel in vita, & in mortis articulo, de aliis verò dictæ Sedi non reservatis casibus toties quoties opportunum fuerit, eorum Confessionibus diligenter auditis, absolvere, illisque pro commissis possit poenitentiam injungere salutarem. *Clemens VII. apud eund. ibid. d. §. 8. ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.*

1530. 11. Aug. — Idem dictorum Confratrum Confessor per eosdem electus, Vota Visitationis quæcunque ultramarina (Liminum Beatorum Petri & Pauli Apostolorum de Urbe, ac S. Jacobi in Compostella, necnon Religionis, & Castitatis Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, & juramenta quæcunque sine Tertii præjudicio relaxare, ac omnium eorum peccatorum semel in vita, & in mortis articulo, etiam si tunc non subequatur, plenariam remissionem, & absolutionem impendere possit. *Clemens VII. apud eund. ibid. d. §. 8.*

1531. 27. Nov. — Monachi Congregationis Casinensis, Conversi, Commissi, & Moniales eidem Congregationi subiectæ, facultatem habentes eligendi Confessores vigore Bullæ Cruciatæ absque clausula de licentia suorum Superiorum, ita eisdem facultatibus utantur, tanquam si prædictæ clausula haberetur in illis: sicque prædictæ facultates limitantur, ut illæ de licentia suorum Superiorum concessæ censeantur. *Clemens VII. apud Margarin. in Bullar. Casin. tom. 1. Constit. 147. E que*

1533. 7. Mar. — Clericis Regularibus, qui Theatini nuncupantur, conceditur, ut ipsi inter ipsos mutuas, seu etiam alii Sacerdotes Sculares, vel Regulares ab iisdem de Superiorum suorum, aut Sedis Apostolicæ licentia ad hoc pro tempore eligendi, dictorum Regularium Clericorum, & ipsi Clerici Regulares eorum Confessiones audientes, in Absolutionibus hac forma illi, vel illi ut possint, videlicet, post *Miserereur, &c. & Indulgentiam, &c.* Dominus noster IESUS CHRIS-TUS te absolvat, & ego, auctoritate ipsius, & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli tibi concessa, absolvo te ab omni vinculo Excommunicationis majoris, vel minoris, Suspensionis, & Interdicti, & dispento tecum in omni Irregularitate, quam quomodocunque incurristi, & restituo te Sanctis Sacramentis Ecclesiæ, unionique, & participationi Fidelium, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen. *Clemens VII. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 38. qua incipit Dudum, §. 4. Similem concessionem, cum aliquibus tamen restrictionibus, ad Clericos, Regulares Congregationis S. Pauli extendit Paulus III. 1535. 25. Jul. apud eund. ibid. Constit. 5. qua iisdem incipit Dudum, §. 10.*
1535. 21. Iun. — Excommunicationem late sententiæ eo ipso incurritur Mulieres Claustrum Monasterii Monialium S. Julii Brixienfis ingredientibus, in quam etiam incidunt admittentes, vel januas dicti Monasterii aperientes ad hunc finem. *Paulus III. apud Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 154. qua incipit Cum sicut.*
1538. die. &c. — Archipresbyter B. MARIE Majoris de Urbe potestatem habeat à Censuris, & penis Ecclesiasticis, quatenus oportuerit, absolvendi, Penitentiariorum etiam ad audiendum Confessiones, sufficientes, & idoneos, ac timorate conscientie, supradictæ Basilicæ deputandi, alios etiam,

- etiam, prout sibi videbitur, amovendi, & expellendi. *Paulus III. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 19. qua incipit Cum sicut, §. 10.*
1539. 6. Aug. — Excommunicationis, post debitam monitionem, penam, à qua non nisi per Romanum Pontificem pro tempore existentem, aut in mortis articulo constituti absolvi possunt, ipso facto incurrit Professores Ordinis Minorum, qui post emissam ab eis in ipso Ordine Professionem, quocunque prætenu se ab obedientia suorum Superiorum subtrahunt, extra loca, & Domos ejusdem Ordinis degendo. *Paulus III. in Constit. 3. qua incipit Cum sicut, §. 2. apud Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mibi 178.*
1539. 30. Nov. — Si aliquem ex Confratribus Confraternitatis Ss. Corporis CHRISTI, in Ecclesia Domus B. MARIE super Minervam, de Urbe, Ordinis Fratrum Prædicatorum institutione, ægotari contingeret, Rector Confessor dictum infirmum visitet, & ad confitendum peccata sua, ipsi quoque Sacramentum suscipiendum pie adhortetur, & commoneat. *Paulus III. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 20. qua incipit Dominus Noster, §. 7.*
1539. 30. Nov. — Præfate Confraternitatis Ss. Corporis CHRISTI Confratribus utriusque sexus, & eorum singulis conceditur, ut quemcumque Presbyterum Sæcularem, vel cuiusvis Ordinis Regularem, etiam in mortis articulo, etiam si mors tunc non subsequatur, in tum possint eligere Confessorem, qui eorum Confessionibus diligenter auditis, eos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus per eos, & eorum singulos pro tempore perpetratis, etiam Sedi Apostolicæ, & eorum Ordinariis reservatis (præterquam à contentis in literis in die Cænæ Domini legi solitis) ter in vita absolvere, & eis penitentiam salutarem injungere. *E. P. de. possit.*

poſſit. *Paulus III. apud eund. ibid. §. 7. ¶ Vide tamen infra, 1602. 7. Dec.*

1540. 5. Jun. — Sacerdotibus, qui deſerviunt in Hoſpitalibus pro ſubventione pauperum Orphanorum, & Mulierum Convertitarum conceditur, ut ipſos pauperes, & omnes, & ſingulos in diſtis Hoſpitalibus deſervientes dumtaxat, eorum Confeſſionibus diligenter auditis, ac eorum omnibus, & ſingulis peccatis, caſibus, criminibus, exceſſibus, & delictis, à quibus locorum Ordinarii abſolvere conſueverunt, abſolvere, ac pro commiſſis poenitentiam ſalutarem injungere liberè, & licitè valeant. *Paulus III. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 21. qua incipit Ex injuncto, §. 4.*

1540. 30. Jul. — Referendarius utriuſque Signaturæ conceditur, ut aliquem idoneum Presbyterum, Sæcularem, vel cujuſvis Ordinis Regularem, in ſuum poſſit eligere Confeſſorem, qui vita eis comite in caſibus Sedi Apoſtolice reſervatis (præterquam offenſe Eccleſiaſtica libertatis, criminum hæreſis, rebellionis, aut conſpirationis in perſonam, vel ſtatum Romani Pontificis, ſeu Sedem Apoſtolicam, falſitatis litterarum Apoſtolicarum, ſupplicationum, & commiſſionum, invaſionis, deprædationis, occupationis, aut devaluationis Terrarum, & Maris Romanæ Eccleſiæ mediatè, vel immediatè ſubſectorum, offenſe perſonalis in Episcopum, aut alium Prælatum, prohibitionis devolutionis cauſarum ad Romanam Curiam, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes Infidelium) ſemel dumtaxat in vita, in aliis verò quoties fuerit opportunum, Confeſſionibus eorum diligenter auditis, pro commiſſis debitam cis abſolutionem impendat, & injungat poenitentiam ſalutarem. *Paulus III. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 23. qua incipit Debita conſideratione, §. 14. ¶ Vide tamen infra, 1604. 7. Dec.*

1540.

2540. 30. Jul. — Diſtus Confeſſor per præſatos Referendarios electus, Vota quæcumque (ultramartino, viſitationis Lignum Apoſtolorum Petri & Pauli, ac S. Jacobi in Compoſtella, necnon Caſtitatis, & Religionis Voti exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat: & omnium peccatorum ſuorum, etiam ſemel in vita, & in mortis articulo, plenam eis remiſſionem concedere poſſit: ſic tamen, quod idem Confeſſor de his, de quibus fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam illis per eos ſi ſupervixerint, vel per alios ſi forſitan tunc deceſſerint, faciendam injungat, quam ipſi, vel alii facere teneantur. *Paulus III. apud eund. ibid. d. §. 14. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1541. 7. Febr. — Archiconfraternitatis B. M. ARLÆ Viſitationis Orphanorum de Urbe Confratres, Adminiſtratores, Rectores, Servitores, Familiares, Miniſtri, Oeconomus, & Gubernatores, ac quilibet Miniſter, ſeu Officialis, aut Perſona Eccleſiæ, Hoſpitalium, Domorum, & Monafteriorum erigendorum, ipſique Pueri, & Puellæ quæcumque Presbyterum Sæcularem, vel cujuſvis Ordinis Regularem, in ſuum poſſint eligere Confeſſorem, qui eos, & eorum quemlibet à quibuſvis caſibus, etiam quantumcumque gravibus, ac etiam in forma quinterni Cancellariæ Apoſtolice, & diſtis litteris expreſſis abſolvere poſſit. *Paulus III. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Conſtit. 26. qua incipit Altrudo, §. 9. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1543. 19. Febr. — Confeſſor Sæcularis, electus à quolibet Confratre, Miniſtro, ſeu Officiali, & Perſona Archiconfraternitatis, Monafterii, & Hoſpitalis pro ſe convertentibus ad Catholicam Fidem in Urbe, poſſit eos, & eorum quemlibet à quibuſcumque caſibus, quantumcumque gravibus, etiam in quinterno Cancellariæ Apoſtolice in diſtis litteris expreſſis, ac etiam Apoſtolice Sedi reſervatis abſolvere. *Paulus III. apud*

E 3 eund.

eund. *ibid.* *Constit.* 37. *qua incipit* Illius, §. 6. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1549. 16. Oct. — Generali Praeposito pro tempore existenti Clericorum Regularium Societatis JESU conceditur, ut per se, vel alios ad id per eum pro tempore deputatos, omnes & singulos ejusdem Societatis Socios; & Personas sub ejus obedientia, disciplina, & correctione pro tempore degentes, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, ante vel post ingressum in dictam Societatem per eos commissis, necnon à quibusvis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis, & secularibus sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine latis; & hujusmodi sententiis innodatos, aut in locis Ecclesiastico Interdicto suppositis Divina Officia celebrantes, & suscipientes Ordines, sic ligatos, & propterea Irregularitatem incurrentes, absolvere, ac cum eis, cum dispensatione egerint, dispensare possint, nisi excessus absolvendorum, & dispensandorum hujusmodi adeo graves, & enormes fuerint, quod sint ad Sedem Apostolicam merito remittendi: Et ne saepe in dubium revocetur, qui sint ad Sedem praedictam destinandi; declarationem in ea parte per Sixtum IV. in Bulla (de qua supra, 1474. r. Jan.) quam Mare Magnum vocant; factam confirmat *Paulus III. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 48. qua incipit* Licet debittum, §. 8. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1549. 16. Oct. — Postquam Societatis, & consortio praedito aggregari volentes, absoluti, & cum eis dispensatum fuerit, nisi mox Ordinem intrare, & peractis experientis secundum Constitutiones dictae Societatis, Vota emittere parati sine, etiam si super hoc inducta eis à Praelatis ejusdem Societatis concedantur, eo ipso in pristina sententias, à quibus eos totaliter absolvi contigerit, relabuntur, & reincidant. Quilibet autem ex Sociis Societatis hujusmodi, peccata sua proprio

Prae-

Praeposito, vel ab eo deputato, seu deputatis, & aliis secundum Ordinationes Societatis praedictae designatis, confiteri debeat, nisi super hoc à dicto Praeposito alium Confessorem eligendi facultatem habuerit. *Paulus III. apud eund. ibid.* §. 9. & 10. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.

1549. 16. Oct. — Universis utriusque sexus Christi fidelibus conceditur, ut cuilibet de praedicta Societate JESU confiteri possint, Rectoris sui licentia minime requisita, cui non teneantur eadem peccata, de quibus confessi, & absoluti fuerint, rursus confiteri. *Paulus III. apud eund. ibid.* §. 28. ¶ Vide tamen infra Constitutionem Pii V. quoad approbationem Regularium pro audiendis Secularium Confessionibus, editam 1571. 6. Aug. nec non Bullam Clementis VIII. emanatam 1604. 7. Dec.

1555. 11. Febr. — Ad effectum, ut dicatur contracta Apostasia vera, & propria, quae inferat inhabilitatem ad obtinendum beneficia, requiritur recessus sine licentia, & dimissio habitus, animo illum non resumendi, adeo ut si appareat, habitum esse dimissum cum voluntate illum resumendi, non censeretur contracta Apostasia, quae inferat inhabilitatem, sed tantum illa, quae inferat Excommunicationem. *Rota coram* Oradino, *apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canonice, Jac. Pignateli. par. 2. tit. de Regularibus, pag. mibi 332.*

1555. 1. Jul. — Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia pro tempore deputati Confessores, omnium quaruncunque Diocesium utriusque sexus Christi fidelium ad eos pro tempore recurrentium Confessiones audire, eosque etiam in casibus, & Censuris, quibus eis per Privilegia Sedis Apostolicae, etiam per modum Communicationis, & extensionis quorumcumque Ordinum, etiam Minorum hactenus concessum est, possint absolvere; & singuli Ordines etiam Minorum (quorum Privilegia eidem Ordini Minorum sunt com-

E 4 mu-

municata, & extensa) absolvere consueverunt, absolvendi, ac poenitentiam salutarem injungendi habent facultatem. *Paulus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 1. qua incipit Ex clementi, §. 12. ¶ Vide infra, 1571. 6. Aug. ac 1604. 7. Dec. nec non 1670. 21. Jun.*

1557. 27. Nov. — Omnes, & singuli, qui occasione Beneficiorum obtinendorum se alios esse simulaverint, & tanquam tales se in examine supponerint, aut Beneficia pro Personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro aliis, cum oblatione alicujus Pensionis annuae, aut pro aliis, cum spe Pensionem annuam, aut aliud quantumvis modicum temporale commodum ab eis consequendi, vel pro ipsis principaliter, animo, & intentione ea postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum, & benemeritorum, cum simili Pensione, aut commodo, aut etiam sine eo resignandi, obtinere procuraverint, Excommunicationis, & Anathematis, ac Maledictionis aeternae sententiam, à qua nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi nequeant, eo ipso absque alia deluere facienda declaratione incurrant. *Paulus IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 1. Constit. 12. qua incipit Inter cæteras, §. 1. ¶ refert etiam Quaranta in sum. Bullar. verb. Simonia, pag. mihi 475. ubi pag. 463. ait, quod Examinatores deputati pro eligendis ad gubernandas Ecclesias Parochiales, non possunt quidquam prorsus occasione hujus examinis, sive ante, sive post, accipere, alioquin Simoniae vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrunt, à quo absolvi nequeant, nisi dimissis Beneficiis, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, ex Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 18.*

1560. 24. Maji. — Congregationi Montis Olivæ conceditur, ut in foro Conscientiæ tantum, et in Monachos, etiam ante legitimam ætatem ad ali-

aliquem ex Sacris Ordinibus promotus, à quacunque Irregularitate per eos quomodolibet pro tempore (præterquam ratione Homocidii voluntarii, Bigamiæ, aut mutilationis membrorum) contracta, absolvere possit, & cum eis dispensare: Confessor autem, quem quilibet dicte Congregationis duxerit eligendum, illorum quemlibet, si forsan (quod absit) aliquam Irregularitatem quomodolibet pro tempore incurrit, absolvere, & in statum pristinum restituere licite, & liberè valeat. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 7. qua incipit Votis vestris, §. 1. ¶ refert etiam Margarit. in Bullar. Casinen. tom. 2. Constit. 559. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1560. 3. Apr. — Si quis infra sex dierum spatium cum effectu non restituerit, & consignaverit jocalia, & alia quæcunque bona ad Sedem Apostolicam spectantia, si inferior fuerit Episcopo, Excommunicationis, & Maledictionis aeternae sententiam, à quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, ac satisfactione prævia, præterquam in articulo mortis constitutus, absolvi non possit, eo ipso incurrat. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 4. qua incipit Pastoralis Officii, §. 4.*

1560. 29. Apr. — Universis, & singulis Confratribus Confraternitatis Ss. Trinitatis de Urbe conceditur, ut quemcunque Sæcularem, vel cuiusvis etiam Mendicantium Ordinis Regularem Presbyterum in suum possint eligere Confessorem, qui eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis, quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis (nullis prorsus, præterquam in Bulla in die Coræ Domini legi solita contentis, exceptis) absolvere, & pro commissis poenitentiam salutarem injungere possit, & valeat. *Pius IV. apud eund. ibid. Constit. 6. qua incipit Illius, §. 6. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

- 74
1560. 1. Jul. — Capellani Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani facultas conceditur audiendi Confessiones Bajulivorum, Priorum, Præceptorum, Militum, Fratrum, Personarum, Vassalorum, Subditorum, & Familiarium, & poenitentiam salutarem eis injungendi. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 9. quæ incipit Circumspecta*, §. 29. ¶ Vide infra Constitutionem Clementis VIII. editam 1604. 7. Dec.
1560. 18. Oct. — Non solum ducenti ex Confratribus Confraternitatis S. Rocchi de Urbe, sed omnes, & singuli alii ipsius Confraternitatis Confratres, & quilibet eorum in dicta tamen Urbe degens, Confessorem eligere possint. *Pius IV. apud eund. ibid. Constit. 16. quæ incipit Regimini*, §. 10. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.
1560. 13. Nov. — Poenam Excommunicationis majoris latae sententia contra Duellantes impostam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente absolvi possint, tam ad pugiles taliter pugnantes, quam eos ad id tentantes, & provocantes, aut locum, seu campum ad pugnandum dantes, seu concedentes, ac in illis astantes, & interrentes, ac certantes, comitantes, & comitativam præstantes, nec non consulentes, ac adhaerentes, & fautores, nec non certam certaminis, seu Duelli subscribentes, vel assigentes, aut publicantes extendit *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 21. quæ incipit Ea*, quæ, §. 4.
1560. 17. Nov. — Confratribus Archiconfraternitatis Orationis, & Mortis de Urbe conceditur, ut Confessorem, seu Confessores, qui eos in mortis articulo ab eorum peccatis, & Sedi Apostolice in Bulla Coenæ Domini legi conclusæ reservatis (Religionis, & Castitatis Votis dumtaxat exceptis) absolvere possint, eligere valeant. *Pius IV. apud eund. ibid. Constit. 22. quæ incipit Divina*, §. 11. ¶ Vide infra Bullam Clementis VIII. editam anno 1604. 7. Dec.

1561. 25. Apr. — Conferentes Beneficia dispositioni Apostolica reservata, seu affecta, si fuerint inferiores Episcopis, Excommunicationis poenæ subiacent. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 32. quæ incipit Cupientes*, §. 1. & reservat etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Beneficiorum, reservatio, pag. mihi 123.
1561. 13. Sept. — Confratribus Confraternitatis, & Hospitalis B. MARIE de Pietate in Urbe, conceditur facultas, ut Confessorem, seu Confessores, qui eos in mortis articulo, ab omni lententia Excommunicationis, & ab omnibus eorum peccatis, à culpa & à poena, plenariè absolvant, eligere possint. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 37. quæ incipit Illius*, §. 11.
1562. 7. Maji — Simoniacus nec per Summam Poenitentiarum potest absolvi, nisi Beneficium, fructus, aut respectivè pretium restituere velit, ut statuit *Pius IV. in Constit. quæ incipit In sublimi*, apud Passerin. de elect. canon. cap. 7. num. 299. & hoc etiam habetur ex cap. si quis neque 115. 1. qu. 1. ubi dicitur, perituum in aeternum, qui Episcopatum Simoniacè acquisitum non restituit; & ex Extravag. cum deestabile, de Simonia, cum pluribus Auditorib. hoc loco citatis à d. Passerino, qui tamen num. 294. ait, quod fallà nectum, sed erronea est Sententia Armacandib. 10. de quas. Armen. cap. 13. & 25. afferentis, consecutionem Beneficii per quodlibet peccatum esse nullam Jure Divino, quia qui non intrat per ostium, fur est, & latro, nam hoc accedit ad hæresim Wicleff, qui dixit, Prælatum existentem in peccato mortali non esse Prælatum, prout supra 1418. 22. Febr.
1562. 9. Oct. — Major Urbis Poenitentiarum, & ejus Officiales, Sede Apostolica vacante, ea tantum facere, & expedire valeant, quæ ad forum, Conscientia pertinent: in reliquis officium eorum conquiescat: itaque à quibuscumque Matrimo-

- monialibus, & aliis dispensationibus, & absolutionibus, ac declarationibus, nec non quibuscumque aliis expeditionibus forum, quod aiant, fori, mixtium, vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abtineant. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 63. qua incipit In eligendis, §. 9.*
1562. 9. Oct. — In Conclavi, Sede Apostolica vacante, addit unus Religiosus pro Confessionibus audiendis, à majori parte Cardinalium per secreta suffragia eligendus. *Pius IV. apud eund. ibid. §. 18.*
1562. 2. Dec. — Qui sollicitaverit ad turpia in Confessione, vel ante, vel post eam, per quamcunque gratiam factam, vel faciendam, non potest restitui, ut valeat Confessiones Sæcularium audire. *Congregat. Inquisit. apud Gavant in Manuali Episcopi. verb. Confessarius, in addit. numer. 4. ex Laur. de Franch. tom. 1. controu. quest. 4. ¶ Et hoc juxta Constitutionem antea editam à Pio Quarto 1561. 16. Apr. inferius citandam 1622. 30. Aug.*
1564. 17. Febr. — Quæcunque Confessionalia quibuscunque etiam Regularibus concessa, in his, quæ Concilio Tridentino adyerlantur, revocantur, & ad terminos ejusdem Concilii reducit. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 94. qua incipit In Principis, §. 2. ¶ refert Matthæucc. in Offic. Cur. Reg. tom. 2. cap. 15. num. 2.*
1564. 24. Mar. — Excommunicationis poenam ipso facto incurrit qui legit, vel habet Hæreticorum libros, vel cujusvis Authoris scripta, propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita: Qui autem libros alià de causâ prohibitos legerit, habueritve peccati mortalis reatum incurrit. *Pius IV. apud eund. ibid. Constit. 97. qua incipit Dominici Gregis, §. 3. ¶ refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Libri prohibiti, pag. mibi 291.*
1564. 13. Apr. — Confratres Confraternitatis Nominis

- minis DEI de Urbe, in die festo Circumcisionis, quoscunque sibi bene viros idoneos Presbyteros Sæculares, vel cujusvis Ordinis Regulares, per Ordinarium loci approbandos, in suos possint eligere Confessores, qui Confessionibus ipsorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet, ab omni, & quacunque Excommunicationis, etiam majoris, & ab omnibus, & quibuscumque aliis Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis à jure, vel ab homine, aut mixtium latis (salvo tamen jure Tertii) nec non ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, ac Sedi Apostolicæ reservatis (præterquam in Bulla die Coenæ Domini legi connecta contentis) absolvere, etique pro commissis poenitentiam salutarem injungere possint. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 78. qua incipit Injunctum, §. 5. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*
1564. 13. Apr. — Dicti Confessores à præfatis Confratribus electi, Vota quæcunque (Hierosolymitano, Visitationis Limum Apostolorum Petri & Pauli de Urbe, ac S. Jacobi in Compostella, nec non Castitatis, & Religionis Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeant. *Pius IV. apud eund. ibid. d. §. 5. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*
1564. 1. Sept. — Nemo Libros prohibitos retineat, vel legat, etiam vigore cujusvis Privilegii, absque licentia Sacræ Romanæ Congregationis super Inquisitione hæreticæ pravitatis, & hoc sub poenâ Excommunicationis majoris, & latæ sententiæ. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 82. qua incipit Cum inter, §. 3.*
1564. 17. Oct. — Episcopi inferiores, recipere præsumentes Beneficia in confidentiam, Excommunicationis latæ sententiæ poenam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præter-

- præterquam in mortis articulo constituti absolvi nequeunt, eo ipso incurrunt. *Pius IV. apud eund. ibid. Constit. 85. quæ incipit Romanum, §. 4. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Simonia, pag. mibi 463.*
1564. 13. Nov. — Provisi de Dignitatibus, & Canonicatibus in Cathedralibus, & Superioribus Ecclesiis, debent observare formam Professionis Fidei Orthodoxæ, quam præscribit *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 89. quæ incipit Injunctum* ¶ Notandum, quod cum circa hujusmodi Fidei Professionem agatur de re gravi, illam ultro emitte tenentur Dignitates, & Canonici, sub pœna peccati mortalis, juxta magis communem, de qua *Garz. de benef. par. 3. cap. 2. num. 67. Batbol. de Canon. cap. 17. num. 11. & 20. Corrad. in Prax. Benefic. lib. 2. cap. 16. num. 26. apud Monacel. in Formular. leg. præf. par. 1. tit. 5. form. 2. n. 29.*
1564. 13. Nov. — Excommunicationis lætæ sententiæ pœnam eo ipso incurrunt Universitatum, & Gymnasiorum Rectores, Doctores, & alii Superiores, ac alii facultatem doctorandi habentes (Episcopis tamen inferiores) si aliquem promoveant ad gradus, & facultates liberalium Artium sine emissione Professionis Fidei Catholice. *Pius IV. apud eund. ibid. Constit. 90. quæ incipit In Sacrosancta, §. 5. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Fidei Professio, pag. mibi 251.*
1565. 17. Jan. — Religiosi recipientes in suam Religionem Ieiunias absque licentia Papæ, vel Generalis Societatis IESU (Carthusianis exceptis) sicut etiam ipsi Ieiunias transeunt, & auxilium dantes, incurrunt ipso facto pœnam Excommunicationis, reservata Papæ, vel Generali Societatis absolutione. *Pius IV. in Constit. quæ incipit Equum reputamus, publicata per Pium V. quæ non fuit posita in Bullario, sed habetur in Compendio Privilegiorum Societatis, pag. 96. ut refert Nicol. in Lucubr. tom. 2. Can. lib. 5. tit. 39. de sent. Excomm. num.*

171. *vers. Quarto, pag. mibi 207.*
1565. 4. Maji. — Capellanus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani facultas conceditur Priorum, Præceptorum, Militum, Fratrum, Penionarum, Vassallorum, & Familiarum Confessiones audiendi, & salutarem eis injungendi pœnitentiam. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 95. quæ incipit Inter assiduas, §. 123. & confirmavit Pius V. anno 1567. 26. Jan. apud eundem ibid. Constitus. 28. quæ incipit Sicuti, §. 57.*
1565. 4. Maji. — Confratribus dicti Hospitalis datur facultas eligendi Confessorem, qui eorum Confessione diligenter audita, semel in vita, & singulo anno in Festo S. Lazari, eorum vita durante, ab omnibus, & singulis Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & pœnis à jure, vel ab homine lætis (sine tamen Tertii præjudicio) etiam occasione Simonie super Ordinibus, & Beneficiis assequendis ubicunque contractæ absolvat. *Pius IV. apud eund. ibid. §. 115. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*
1565. 4. Maji. — Dicitur Confessor à præfatis Confratribus electus, etiam à Votorum, & dierum Dominicorum, & festivorum, nec non aliorum Ecclesiæ mandatorum transgressionibus, perjuriorum, ac pœnitentiarum injunctarum, nec non Divinorum Officiorum in toto, vel in parte omissionibus ac omnibus eorum peccatis, & criminibus, etiam si talia fuerint, propter quæ Sedes Apostolica merito consulenda foret) etiam Romano Pontifici, & dictæ Sedi reservatis (præterquam contentis in Bulla in die Cœnæ Domini quotannis legi consueta) absolvat; ac etiam in mortis articulo plenariam omnium peccatorum absolutionem, & remissionem impendere, & si tunc mors non subsequatur, quoties in tali casu constituti fuerint, illam reiterare; in aliis verò non relevatis casibus toties quoties oportunum fuerit, illos absolvere, & eis penitentiam salutarem injungere.

valeat; nec non Vota quæcunque (ultramarino, Religionis, & Castitatis Votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit. *Pius IV. apud eund. ibid. §. 136. & 137. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1565. 4. Maji. — Si Confratres Religionis Hierosolymitanæ in Sacerdotio constituti fuerint, per se, vel per alium, seu alios probos, si verò Sacerdotes non fuerint, per alios probos, idoneos, & honestos Viros Sæculares, vel cuiusvis Ordinis Regulares Sacerdotes in suis Hospitalibus, ac Domibus tantum, Confessiones quorumcunque audire possint. *Pius IV. apud eund. ibid. §. 156. ¶ Vide tamen infra, 1567. 26. Ian.*

1565. 17. Sept. — Confessores Sanctimonialium Ordinis Seraphici constituantur Viri probi, & modesti, & non maneant apud unum Monasterium ex celebrioribus præsertim, nisi per triennium, nisi fortè ex aliqua rationabili causa aliter Superiori visum fuerit: neque in Monasteriis dicti Ordinis Confessores ulli admittantur, qui non sint ex ipso Ordine, quippe qui sciunt quid importet Sanctimonialium Professio, & possunt à transgressione Regulæ absolvere, quod non possunt cæteri, ut litteræ Apostolicæ testantur: sed & præter ordinarios Confessores, alius extraordinarius à suis Superioribus bis, aut ter in Anno offeratur, qui omnium Confessiones audire debeat. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 103. quæ incipit Sedis Apostolicæ, in approbatione declarationum Regule, cap. 11. n. 14. ¶ Vide infra, 1622. 5. Febr. & 1670. 21. Iun.*

1565. 17. Sept. — Visitatio, correctio, habitus in ingressu, & veli in dictarum Monialium Professione collatio, ad solum Superiorem præfati Ordinis Seraphici, sive ejus Commissarium pertinet, non ad aliquem laicum, sive Presbyterum sæcularem, consuetudine, & abusu aliquo non obstante: Qui scõs fecerit, Excommunicationem illi-

illico incurrat, in quam etiam incidant quicunque se intrmittere audebunt in iis, quæ pertinent ad spirituale regimen Monialium, etiam in deputandis Confessoribus, aut aliis Fratribus, exceptis Superioribus Ordinis, quorum hæc cura tantum sit, & officium: Mandatur autem omnibus, & singulis Monasteriorum Monialium dicti Ordinis Confessoribus, ne Sanctimonialia contrafratres Constitutionibus, nisi præmissa penitentia, absolvant. *Pius IV. apud eund. ibid. d. cap. 11. num. 24. & 27. ¶ Vide infra, 1622. 5. Febr. & 1670. 21. Iun.*

1566. 8. Mar. — Cùm infirmitas corporalis nunquam ex peccato proveniat, dicente Domino languido, quem lanaverat, *vade, noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat*, ac propterea Innocentius III. in Decreto relato in cap. *cùm infirmus, de panit. & remis.* Medicis præcepit, ut cùm eos ad ægrotos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant, ut Animarum Medicos vocent, omnes igitur Medici, cùm ad infirmos in lecto jacentes vocati fuerint, ipsos ante omnia moneant, ut idoneo Confessori omnia peccata sua confiteantur, neque tertio die (*quod in dicto Decreto Innocentii non erat*) ulterius eos visent, nisi longius tempus infirmo Confessor ob aliquam rationabilem causam, super quo ejus conscientia oneratur, concesserit, & ei per fidem Confessoris in scriptis factam confiterit, quod infirmi, ut præmittitur, peccata sua confessi fuerint. *Pius V. apud Cherub. in Bullar. tom. 2. Constit. 3. quæ incipit Supra Gregem, §. 1. 2. & 3. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Medicus, pag. mibi 300. ¶ Notandum, quod Medicus relinquere non debet infirmum nolentem confiteri, nam aliquin mori posset, & damnari, qui si convalesceret, fortè peniteret, & salvaretur, d. cap. *cùm infirmus, 13. de panit. & remis.* apud Nicol. in *Floscul. verb. Medicina, num. 6. ¶ Notandum secundo, quod**

quod ideo in Visitatione Hospitalium inquirendum est, an Medici obseruent hanc Constitutionem, ut habet Paucce. in *Compend. ad Consult. Canonic. Jac. Pignatel. par. 2. tit. de Visitatione*, pag. mihi 446.

1566. 8. Mar. — Coniuncti, ac omnes Familiares, & Domestici infirmi, in Domino monentur, ut de infirmitate Parochum certiores faciant, ac tam Parochus, quam Coniuncti, & Familiares præfati infirmum ad Confessionem peccatorum iuadeant, & inducant. *Pius V. apud eold. ibid. §. 4. & referri etiam Bislus in Hierurg. tom. 1. lict. C. num. 440. §. II.*

1566. 8. Mar. — Si qui Medicorum præmissa non obserauerint, penas in dicto Decreto Innocentii III. contentas incurrant; nullique posthac ubique locorum in Medicina doctoretur, aut ei medendi facultas concedatur, nisi omnia in hac Constitutione contenta, medio eorum iuramento coram Notario publico, & Testibus, observare iurauerint; & de huiusmodi iuramento in Privilegio, seu licentia medendi specialis mentio fiat. *Pius V. apud eoidem ibid. §. 5. & 6.* ¶ Notandum primò, quod Absolutio Medicorum, qui ægrotos inconfessos visitare perseveraverint, Episcopo reservatur, nisi secus alicubi iudicetur, ut ex *Cone. Provinc. Mediol. VII. ait Gavant. in Manuali Episcoporum, verb. Absolutio, num. 37.* ¶ Notandum secundò, quod hæc Constitutio obligat solum in morbo gravi, aut periculoso: sufficit, si monitio fiat per alios: non obligat, si nihil profuturum speretur: non est necessaria Confessarii fides in scriptis, quia quoad hoc Constitutio non est ubique usu recepta, sed sufficit testimonium fide dignorum, & ipsius infirmi, si fide dignus sit, ut habet *Diana 3. tract. 4. resolut. 93. apud Nicol. in Florent. verb. Medicina, num. 6.* ¶ Notandum tertio, quod peccat Medicus, si ex ignorantia crassa, vel lupina aliquid ad salutem corporis infirmo vel præcipiat, vel consulat,

consultat, quod tendat ad Animæ dispendium: item, si dicat aliquid, ex quo putat infirmum arrepturum occasionem peccandi, licet id non consulat, putat si dicat Religioso, vel Clerico in Sacris constituto, non possum tibi dare bonum consilium, considerato statu tuo, quia infirmitatem hanc sola Venus primò sanaret, ut habet *Nicol. ibid. num. 7. ex cap. cum infirmas, in fine, de penis. & remiss. & ibi Io. Andr.*

1566. 24. Oct. — Excommunicationis latae sententiae, pœnam, à qua non nisi à Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi possint, incurrunt Mulieres, Doms & Monasteria Carthusiensium, & aliorum quorumcumque Ordinum, etiam Mendicantium ingredientiæ sub prætextu facultatum, & licentiarum. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 20. que incipit Regularium, §. 3. & referunt etiam Margarin. in Bullar. Casinen. tom. 1. Constit. 87. ac Quarant. in Sum. Bullar. verb. Monasteria Regularium, pag. mihi 309. nec non Peyrin. de Privilegiis Regular. Constit. 5. pag. 194.*

1567. 26. Ian. — Milites S. Lazari Hierosolymitani, & alia ejusdem Militiæ Persona, temporis assumptionis habitus, & Professionis eorum Regularium emissionis, atque in articulo mortis constituti, facultatem habeant eligendi Confessorem, ab Ordinario tamen approbatum, à quo recipiant Indulgentiam plenariam. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 28. que incipit Sicuti, §. 62. ¶ Vide supra, 1565. 4. Maji.*

1567. 7. Febr. — Clericis Regularibus Theatinis conceditur, ut ipsi, & eorum singuli, qui Præpositi fuerint, quorumcumque, qui Congregationem huiusmodi ingressi, Professionem sollemniter emittere voluerint, eorum Confessionibus per dictos Præpositos, aut eorum aliquem diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, &

delictis, ac quacunq; per eos catenus contracta, Irregularitate, & peccatis aliis, quantumcunq; gravibus, & enormibus, etiam si talia forent, de quibus Sedes Apostolica merito consulenda esset, nec non Excommunicationis, Suspensionis, & Interdicti penis in eos à jure, vel ab homine latis, si nec tamen alicujus præjudicio, in quibuscunq; etiam prædictæ Sedi reservatis casibus (præterquam contentis in Bulla in die Cenæ Domini legi consuetæ) plenè absolvere, & eis pro committis penitentiam salutarem injungere possunt, & valeant. *Pius V. apud eund. ibid. Constit. 31. qua incipit Ad immarcescibilem, §. 26. ¶ Vide infra, 1604. 7. Dec.*

1567. 24. Mar. — Religiosi Regulares in partibus Indiarum Maris Oceani existentes, possint Confessiones audire absque Ordinariorum licentia, & cum sola facultate Superiorum suorum in eorum Capitalis Provincialibus obtenta, dummodo tamen illarum Gentium idioma intelligant. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 34. qua incipit Exponi, §. 2.*

1567. 29. Mar. — Excommunicationis sententiam, à qua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo absolvi nequeunt, eo ipso incurrunt tractantes, consulentes, aut aliis verba facientes de infestationibus, aut alienationibus Civitatum, & Locorum Sedis Apostolicæ, insinuantes etiam, vel suadentes. *Pius V. apud eundem ibid. Constit. 35. qua incipit Admonet, §. 3.*

1567. 16. Maji. — Quod in *sess. 23. cap. 15. Concil. Trident.* circa Confessiones à Regularibus non audiendas statuitur, hoc Mendicantium Ordinum Fratres à suis Generalibus, vel Ministris Provincialibus ad audiendas Confessiones utriusque sexus Christianissimam approbato minime comprehendit, ita ut à Confessionibus audiendis, tam intra eorum Ecclesias, & Domos, quam extra minime prohibeantur, super hoc litteras Pauli IV. concedentes

dentes eisdem Fratribus Mendicantibus regularis obviantia posse Confessiones secularium Personarum, etiam infirmarum, etiam extra Domos, & Monasteria sua, & ubique audire, approbando, & de novo concedendo: Ille etiam, qui semel in una Diocesi admissus per Episcopum fuerit, semper in eadem Diocesi habeatur pro admissio, nec amplius examinari, vel presentari in dicta Diocesi debeat quoad Confessiones audiendas; nec aliquid propter hoc exigi debeat, vel recipi. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 41. qua incipit Et si Mendicantium, §. 4. ¶ referi etiam Peyrin. de Privileg. Regular. Constit. 7. pag. mibi 206. ¶ Vide tamen aliam ejusdem Pontificis Bullam infra positam, & editam 1571. 6. Aug. ac Constitutiones Gregorii XIII. & Clementis X. emanatas respectivè 1573. 1. Mar. & 1670. 21. Jun.*

1567. 16. Maji. — Confessores Monialium, quæ degunt sub cura Regularium, ab Ordinario non examinentur, quemadmodum neque etiam Fratres, si debeant audire Confessiones aliorum Fratrum, examinari debent: Lectores insuper ex eisdem Fratribus, & in Theologia Graduati, qui cum licentia suorum Superiorum ad gradum admissi fuerint, cum de ipsorum doctrina apudigendum non sit, Confessiones audituri, ab Episcopis minime examinentur. *Pius V. apud eod. ibid. §. 5. ¶ Quoad audiendas Monialium Confessiones, vide infra 1622. 5. Febr. ¶ Quoad verò Graduatos, vide etiam infra aliam dicti Pii V. Constitutionem editam 1571. 6. Aug.*

1567. 1. Oct. — Damnatæ sunt sequentes Propositiones à Pio V. & successivè à Gregorio XIII. 1579. 29. Jan. nec non ab Urbano VIII. 1641. 6. Mar. quarum prima, cæteris omisiss: *Opera Cathecumenorum, ut Fides, & Penitentia, ante remissionem peccatorum facta, sunt vitæ aeternæ meritoria, quam vitam ipsi non consequentur, nisi prius præcedentium delictorum impedimenta tollantur.* In Bullar. Rom. F 3 tom.

86 CONST. ac DECIS.
tom. 5. Constit. 289. quæ incipit *In eminenti*, Proposit. 18.

1567. 1. Oct. — Secunda: Nullum est peccatum ex natura sua veniale, sed omne peccatum meretur penam æternam. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 20. 248
1567. 1. Oct. — Tertia: Omnia opera infidelium sunt peccata. & Philosophorum virtutes sunt vicia. In d. Bullar. Rom. loc. cit. Proposit. 25. 249
1567. 1. Oct. — Quarta: Liberi arbitrium sine gratia Dei adiutorio, non nisi ad peccandum valet. In d. Bullar. Rom. loc. cit. Proposit. 27. 250
1567. 1. Oct. — Quinta: Pelagianus est error dicere, quod liberi arbitrium valet ad nullum peccatum vitandum. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 28. 251
1567. 1. Oct. — Sexta: Charitas perfecta, & sententia, quæ est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta tam in Cathæcumenis, quàm in Penitentibus, potest esse sine remissione peccatorum. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 30. 252
1567. 1. Oct. — Septima: Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est separata a remissione peccatorum. In d. Bullar. Rom. loc. cit. Proposit. 31. 253
1567. 1. Oct. — Octava: Omne, quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est. In d. Bullar. Rom. d. Constit. 289. Proposit. 34. 254
1567. 1. Oct. — Nona: In omnibus suis actibus peccator servat dominantem cupiditatem. In d. Bullar. Rom. d. Constit. 289. Proposit. 39. 255
1567. 1. Oct. — Decima: Libertatis modus, qui est à necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in scripturis, sed solum nomen libertatis à peccato. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 40. 256
1567. 1. Oct. — Undecima: In hominibus penitentibus, ante Sacramentum Absolutionis, & in Cathæcumenis ante Baptisum, est vera justificatio, separata tamen à remissione peccatorum. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 42. 257
1567. 1. Oct. — Duodecima: Operibus plerisque 258
quæ

- quæ à Fidelibus sunt, solum in Dei mandatis parent, cuiusmodi sunt, obedire Parentibus, depositum reddere, ab Homicidio, à Furto, à Fornicatione abstinere, justificantur quidem homines, quia sunt legis obedientia, & vera legis iustitia: non tamen ita obtinent incrementa virtutum. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 43. 259
1567. 1. Oct. — Decima tertia: Ad rationem, & definitionem peccati non pertinet voluntarium, nec definitionis questio est, sed causa, & originis, utrum omne peccatum debet esse voluntarium, unde peccatum originis verè habet rationem peccati sine ulla relatione, aut respectu ad voluntatem, à qua originem habuit. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 45. 260
1567. 1. Oct. — Decima quarta: Peccatum originis est habitualis Parvuli voluntate voluntarium, & habitualiter dominatur Parvulo, eo quod non gerit contrarium voluntatis arbitrium, & ex habituali voluntate dominante fit, ut Parvulus discedens sine regenerationis Sacramento, quando usum rationis consecutus erit, actualiter Deum odio habent, Deum blasphemet, & legi Dei impugnet. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 46. 261
1567. 1. Oct. — Decima quinta: Prava desideria, quibus ratio non consentit, & quæ homo invitatus patitur, sunt prohibita præcepto, Non concupisces. In d. Bullar. Rom. loc. cit. Proposit. 47. 262
1567. 1. Oct. — Decima sexta: Conscientia, sive lex membrorum, & prava ejus desideria, quæ invitati sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 48. 263
1567. 1. Oct. — Decima septima: Omne scelus est ejus conditionis, ut suum autorem, & omnes posteros eo modo inferere possit, quo infecit prima transgressio. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 49. 264
1567. 1. Oct. — Decima octava: Quantum est ex vi transgressionis, tantum meritorium malorum à generante contrahitur, qui cum minoribus nascuntur vitiis, quàm qui cum majoribus. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 50.

1567. 1. Oct. — Decima nona: In peccato duo sunt, *actus*, & reatus; transiente autem actu, nihil manet, nisi reatus, sive obligatio ad penam: Unde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis Absolutione, propriè reatus peccati damnatur tollitur, & ministerium Sacerdotum solum liberat à reatu. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 53. 265
1567. 1. Oct. — Vigesima: Peccator penitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed à solo Deo, qui penitentiam suggerens, & inspirans, vivificat eum, & resuscitat; ministerio autem Sacerdotis solum reatus tollitur. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 54. 266
1567. 1. Oct. — Vigesima prima: Quando per elemosinas, aliisque penitentia opera Deo satisfacimus pro peccatis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam errantes autimant (nam alioqui essemus, saltem aliqua ex parte redemptores) sed aliquid facimus, cuius intuitu Christi satisfactio nobis applicatur, & communicatur. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 55. 267
1567. 1. Oct. — Vigesima secunda: Per passionem Sanctorum in indulgentiis communicatas, non propriè redimuntur nostra delicta, sed per communionem charitatis nobis eorum passiones impartiuntur, ut digni simus, qui pretio Sanguinis Christi à penis pro peccatis debitis liberemur. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 56. 268
1567. 1. Oct. — Vigesima tertia: Non nisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus, & gratia Christi in iuriam facis, qui ita sentis, & docet. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 61. 269
1567. 1. Oct. — Vigesima quarta: Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo, quod necessariorum facis. In d. Bullar. Rom. d. Constitut. 289. Proposit. 63. 270
1567. 1. Oct. — Vigesima quinta: Infidelitas purè negativa in his, in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est. In d. Bullar. Rom. loc. citat. Proposit. 64. 271

1567. 1. Oct. — Vigesima sexta: Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeterna damnationis, potest habere veram charitatem; & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeterna damnationis. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 66. 272
1567. 1. Oct. — Vigesima septima: Per Contritionem, etiam cum charitate perfectà, & cum voto suscipiendi Sacramentum conjugii, non remittitur crimen, extra casum necessitatis, aut Martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 67. 273
1567. 1. Oct. — Vigesima octava: Concupiscentia in venatis relictis in peccatum mortale, in quibus iam dominatur, peccatum est, sicut & alii habitus pravi. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 70. 274
1567. 1. Oct. — Vigesima nona: Motus pravi concupiscentia, sunt pro finatu hominis vitiosi; prohibiti præcepto, Non concupisces; Unde homo eos sentiens, & non consentiens, transgreditur præceptum, Non concupisces, quamvis transgressio in peccatum non deputatur. In d. Bullar. loc. cit. Proposit. 71. 275
1567. 1. Oct. — Trigesima: Quantum aliquis concupiscentia carnalis in diligente est, non facit præceptum, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. In d. Bullar. Rom. loc. cit. Proposit. 72. 276
1567. 1. Nov. — Excommunicationis poenam incurrunt Clerici, tam Sæculares, quam Regulares, Beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in Sacris Ordinibus constituti, si spectaculis agitationis Taurorum interfint. Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 48. que incipit De salute, S. 4. 277
1568. 1. Apr. — Personæ, quæ suspensæ à collatione, electione, præsentatione, confirmatione, vel institutione Beneficiorum, nihilominus conferrent, eligerent, præsentarent, confirmarent, vel instituerent, Excommunicationis sententiam, ipso facta incurrant, cui nullus alius, quam Romanus Pontifex, absolutionis gratiam (excepto mortis 278

moris articulo) valeat impertiri. *Pius V. apud eund. ibid. Constit. 58. qua incipit Quanta*, §. 6. & referunt etiam Quaranta in *Sum. Bullar. verb. Beneficiorum resignationes*, pag. mihi 102. ac *Monacel. in Formular. leg. practi. par. 1. in fine*, pag. 391.

1568. 3. Jul. — Sororum Tertii Ordinis de Penitentia S. Francisci, & omnes alii Confessores, per Generalem, vel Provincialem Ministrum approbentur. *Pius IV. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 63. qua incipit Ea est*, §. 12.
1568. 9. Jul. — Excommunicationis sententiã innotantur qui Breviarium Romanum secus imprimunt, proponunt, vel recipiunt, quã ordinat *Pius V. apud eund. ibid. Constit. 64. qua incipit Quod à Nobis*.
1568. 2. Aug. — In majoribus Studiis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam, veluti de Sacramentis, vel de vita recte, sancteque instituenda, ex Magistro Sententiarum, ac S. Bonaventura; alteram speculativam, ex Scoto: In minoribus verò Studiis, una lectione ex Theologia practica contenti sint: Curent autem Superiores, ut in singulis Conventibus Fratres maxime in Conscientiã casibus, & reliquis, quæ ad audiendas Confessiones pertinent, ob rei gravitatem, & necessitatem, summo studio ac diligentia exerceantur. *Pius V. in Constit. qua incipit Illas Nos cura*, in approbatione Reformationis, apud Quaranta in *Sum. Bullar. verb. Monasteria Regularium* pag. mihi 331.
1568. 14. Aug. — Prælati Regulares, seu alii Religiosi Confessores non possunt audire Confessiones Sæcularium, qui sunt de familia, & deserunt ipsorum Monasteriis, absque approbatione, vel licentia Episcopi: secus tamen, si illi Sæculares sunt verè de familia, & continui commensales. *Congreg. Conc. apud Peyrin. de Privileg. Regular. circa Constit. 1. Julii II. num. 12. pag. mihi 48. & referunt etiam*

- etiam Margarin. in *Bullar. Casimiri. tom. 2. Constit. 564. ac Matthæuce. in Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 8. numer. 20. nec non Paicucc. in Compend. ad Consult. Camer. Jac. Pignatol. par. 2. tit. de Regularibus*, pag. mihi 304. ac denique Donat. in *Prax. Rer. Regular. tom. 3. tract. 4. qu. 7. n. 2.*
1568. 27. Aug. — Excommunicationis majoris peccatum eo ipso incurrit Omnes, & singuli quoruncunque Mendicantium Ordinum Religiosi, Ordinem Fratrum Prædicatorum occasione Præcedentiæ molestare, aut impedire præsumentes. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 71. qua incipit Divina*, §. 4.
1568. die, &c. — Tempore Jubilæi excommunicatus ab homine, si parti satisfecerit, poterit absolvi, & communicare in divinis in foro exteriori, ad effectum tantum consequendi Jubilæum; & deinde reincidit in Excommunicationem. *Pius V. in Declaratione perpetua pro Jubilæis, relatã à Gutier. canon. quest. lib. 1. cap. 2. num. 18. apud Gavant. in Manuali Episcoporum; verb. Absolutio*, numer. 35. ¶ Notandum, quod major Excommunicatio ferri non potest, nisi propter peccatum mortale, cap. nemo Episcoporum. 11. qu. 3. apud Matthæuce. in *Offic. Cur. Regul. tom. 1. cap. 3. num. 19.* ¶ Notandum secundum, quod si Papa salutationem (scilicet salutem, & Apostolicam Benedictionem) in Bulla, seu Brevi dirigat Excommunicato, sciens effectalem, absolvisse eum censetur. *Gloss. in cap. si aliquando, verb. Salutationis, de sent. excomm. apud Petram in Commentar. ad Constit. Apostolic. tom. 1. Constit. 1. Lemis Magni, n. 12. pag. mihi 41. & hoc clarum esse antea dixerat Corrad. in *Prax. dispens. Apostolic. lib. 1. cap. 5. n. 33.**
1599. 19. Jan. — Censuræ, seu annuus redditus creati, constituitque nullo modo potest, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit: & nisi verè in pecunia numerata, præsen-

presentibus Testibus, & Notario, & in actu celebrationis Instrumenti, non autem prius, reco-
 pto integro, iustoque pretio: solutiones autem,
 quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pa-
 ctum deduci prohibetur: Conventiones etiam di-
 rectè, aut indirectè obligantes ad calus fortuitos
 eum, qui aliàs ex natura contractus non tenetur,
 nullo modo valeant. *Pius V. apud Cherubin. in
 Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 79. que incipit Cùm-
 onus, §. 1. 2. 3. & 4. & referunt etiam Quaranta in
 Sum Bullar. verb. Contractus Censualis, pag. mibi
 210. ac Nicol. in Lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 24. num.
 29. pag. 197. nec non Campioni in Instrum. pro Con-
 fessor. par. 2. cap. 9. num. 9. Vide infra, 1570. 10.
 Jun.*

1569. 19. Jan. — Nullo modo pariter valeat pa- 285
 ctum auferens, aut restringens facultatem alien-
 andi rem Censui suppositam, quia res ipsa sem-
 per, & liberè, & sine solutione laudemii, seu
 quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei,
 tam inter vivos, quàm in ultima voluntate debet
 alienari: ubi autem vendenda sit, Dominus Cen-
 sus aliis omnibus preferatur, eique denuncietur
 conditiones, quibus vendenda sit, & per men-
 sem expectetur. *Pius V. apud eisd. ibid. §. 5. & 6.*
1569. 19. Jan. — Pacta continentia morulum Cen- 287
 sus debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel
 ad Cambium, seu certas expensas, aut certa sala-
 ria, aut ad salaria, seu expensas medio juramen-
 to Creditoris liquidandas, aut rem Censui subje-
 ctam, siue aliquam ejus partem amittere, aut aliud
 jus ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum,
 pendere, aut in aliquam poenam cadere, ex toto
 irrita sint, & nulla: imò & Censum augeri, &
 novum creati super eadem, vel alia re in favorem
 ejusdem, aut personæ per eum suppositæ pro Cen-
 sibus temporis vel præteriti, vel futuri, omnino
 prohibetur. *Pius V. apud eisd. ibid. §. 7. & 8.*
1569. 19. Jan. — Annulantur etiam pacta continen- 288
 tia

tia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem
 aliàs de jure, & ex natura contractus non specta-
 rent: nec non Censui omnes in futurum creandi
 non solum re in totum, vel pro parte preempta,
 aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta,
 ad ratam pereant, sed etiam possunt pro eodem
 pretio extingui, non obstante longissimi etiam
 temporis, ac immemorabili, imò etiam centum,
 & plurium annorum prescriptione, non obstantibus
 aliquibus pactis directè, aut indirectè talem
 facultatem auferentibus, quibuscunque verbis,
 aut clausulis concepta sint. *Pius V. apud eisd. ibid. §.
 9. & 10.*

1569. 19. Jan. — Cùm verò traditione pretii reddi- 289
 tus extinguendus erit, per bimestre ante id de-
 nuncietur ei, cui pretium dandum erit, & post
 denunciam, intra annum tamen, etiam ab invi-
 to pretium repeti possit, & ubi pretium, nec vo-
 lens intra bimestre solvat, nec ab invito intra an-
 num exigatur, nihilominus quodocunque reddi-
 tus extingui possit, præviâ tamen semper denun-
 ciâ, de qua supra, & non obstantibus his, de
 quibus supra; idque observetur etiam quod plu-
 ries, ac pluries denunciatum fuisset, nec un-
 quam effectus fuisset secutus. *Pius V. apud eisd. ibid.
 §. 11.*
1569. 19. Jan. — Pacta etiam continentia pretium 290
 Censui extra casum prædictum, ab invito, aut ob
 poenam, aut ob aliam causam repeti posse omnino
 prohibetur: Contractusque sub alia forma post hæc
 celebrandi, feneratoritii judicentur: & ita illis
 propterea non obstantibus, quicquid vel expres-
 se vel tacitè contra hæc mandata dari, remitti
 aut dimitti contingat, à Fisco possit venditari.
Pius V. apud eisd. ibid. §. 12. & 13.
1569. 19. Jan. — Hæc autem salutifera sanctio ne- 291
 dum in Censu noviter creando, verum etiam in
 creato quocunque tempore alienando, perpetuò
 & in omnibus servetur: Pretium autem semel Cen-
 sui

sui constitutum, nunquam possit ob temporum, aut contrahentium qualitatē, seu aliud accidens, nec quoad ultimum contrahentes minui, vel augeri: Et licet lex ipsa ad contractus jam celebratos non extendatur, illos tamen omnes, in quos sub alia forma pervenerunt Censuræ, hortatur Pontifex in Domino, ut singulos contractus censuræ bonorum Religiosorum ubiiciant, & Animarum salutem conlulant *Pius V. apud eisd. ibid. §. 14. 15. & 16.*

1569. 22. Jan. — Commendatarii Abbatiarum, in iis, quæ spectant ad approbandum Sacræ Confessionis Ministros, se interponere non debent, sed hanc cognitionem, & curam Episcopo uti Ordinario, cui huiusmodi data est facultas ex Decreto Tridentini sess. 23. cap. 15. de reform. relinquunt. *Congreg. Concil. in Materana, apud Paleucc. in Compend. ad Consultat. Canonie. Jac. Pignatell. par. 2. tit. de Regularibus, pag. mibi 303.*
1569. 1. Febr. — Moniales cuiusvis Ordinis, excepta causa magni Incendii, vel infirmitatis Lepre, aut Epidemii à suis Monasteriis egredientes, seu licentiam exeundi concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices Personæ, Sæculares, vel Ecclesiasticæ, Confanguineæ, vel non, Excommunicationis lætæ sententiæ vinculo statim eo ipso abique alia declaratione subiaceant, à quo præterquam à Romano Pontifice, nisi in mortis articulo absolvi nequeant. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. in Constit. qua incipit Decori, post Constit. 8. ejusd. Pontificis, & referunt etiam Margarit. in Bullar. Castren. tom. 1. Constit. 190. Quaranta in Sum. Bullar. verb. Monasteria Monialium, pag. mibi 346. Barbosa de potest. Episc. tom. 2. in fine, pag. 55. Tamburin. de Jur. Abbatissar. disput. 19. quaestio 1. num. 3. Monacel. in Formular. leg. pract. par. 1. in fine, pag. 385. ac etiam Potest. in Exam. Confessar. tom. 1. par. 4. cap. 5. num. 3508. pag. mibi 376. Notandum, quod Epidemii nomine intelligitur quicumque*

cunque Morbus popularis contagiosus, ut declaravit *Congreg. Episcoporum. 1594. 8. Novem. apud Gavant. in Manuali, verb. Monialium Claustrum, numer. 7.*

1569. 1. Jun. — Omnes, & singuli Beneficia intercedente Confidentialitate recipientes, in iuris subditum, Excommunicationis sententiæ innoctantur, à qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus, ab alio, quàm à Romano Pontifice, absolutiois beneficium valeat obtinere. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 85. qua incipit Intolerabilis, §. 8. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Simonia, pag. mibi 466.*
1569. 19. Dec. — Constitutio Bonifacii VIII. contra offendentes S. R. E. Cardinales, extenditur etiam contra scientes, & non revelantes, ius poena Excommunicationis. *Pius V. apud eund. ibid. Constit. 93. qua incipit Infelicitas, §. 3.*
1570. 2. Ian. — Annulantur, & irritantur non solum Hispanorum, sed etiam quorumcumque Ordinariorum Litteræ, quibus deprehenditur, quod cuicumque illas accipienti, centâ solutâ pecuniâ, licitum sit, quem voluerit sibi sumere Sacerdotem, qui, Confessione audita, ipsum absolvere valeat etiam à Casibus Episcopo reservatis: imo qui publicent aliquid solventibus Indulgentias, & facultatem dictæ electionis Confessarii, sententiæ Excommunicationis incurrunr, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quàm à Romano Pontifice, absolutiois beneficium nequeant obtinere. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 99. qua incipit Quam plenam, &c.*
1570. 18. Maji. — Sacerdotibus in Monasterium Monialium sæpius introire licet, ut iis Monialibus, quæ perpetuo, aut diuturno aliquo morbo laborant, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramenta sæpius administrent, licet aliàs, cum agrotare cœperunt, semel Sacram Eucharistiam sumperint. *Congregat. Concil. apud Nicol. in Lucubrati.*

erat. tom. 2. Can. lib. 3. tit. 1. num. 9. pag. mihi 80.

1570. 30. Maji. — Clerici, & Conversi Ordinis Fratrum Servorum Beate MARIE Virginis, semel in Hebdomada peccata sua confiteantur. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 103. qua incipit Postquam, §. 8.*
1570. 31. Maji. — Singulares Ecclesiasticæ Personæ Capitulorum, & Collegiorum aliquid exigentes, vel petentes in collatione, aliâ provisione Beneficiorum Ecclesiasticorum, vel ad illorum possessionem admissionem, in Excommunicationis sententiam incurrunr, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quam Romano Pontifice, absolutionis beneficium nequeant obtinere. *Pius V. apud eund. ibid. Constit. 104. qua incipit Durum nimis, §. 3. & refert etiam Quaranta in Sum. Bullar. verb. Simonia, pag. mihi 460.*
1570. 10. Iun. — Res infructuosa, quæ tota, vel ex parte infructuosa perpetuo redditur, non autem ex qua fructus uno, duobus, pluribusque annis, si vis tempestate, sive alio casu proveniunt, salvâ aliâ iuris communis dispositione, intelligi debet. *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. qua incipit Etsi, §. 6. in declaratione Constitutionis superius posita, & edita 1569. 19. Jan.*
1570. 10. Iun. — Exactio illarum expensarum prohibetur, quæ ex pacto, vel conventionem tantum inter contrahentes inita, & instrumento Censui specialiter apposita resciri promittuntur, non autem ex, quæ ex dicti iuris dispositione repetendæ veniunt, & mandato Iudicis adjudicantur. *Pius V. apud eund. ibid. §. 7. ¶ Vide supra, 1569. 19. Jan.*
1570. 10. Iun. — Fidejussores dari, aliæ bona hypothecari pro prædii Censui gravati evictione, aut si prædium in alium devenit, aut aliquis tertius Fidejussor intercesserit, tertium possessorem, vel ejus bona obligati minimè prohibetur: hæc autem omnia pro evictione dumtaxat, non autem solu-

solutione pœnæ adjudicari posse intelligitur. *Pius V. apud eund. ibid. §. 8. ¶ Vide supra, 1569. 19. Jan.*

1570. 10. Jun. — In Dotium assignandarum casu, Censuum creatio, & constitutio (de qua supra, 1569. 19. Jan.) respectu actualis numerationis coram Notario, & testibus faciendæ, locum non habent, sed in hoc casu Censui ipsi, etiam pecuniâ ad manum non habita, creari possunt. *Pius V. apud eund. ibid. §. 9.*
1570. 10. Jun. — Ut autem periculis, quæ ex transportatione pecuniarum frequenter possunt evenire, occurratur, permittitur, ut si in creatione Censui pecunia ad manum commodè haberi nequirit, illius loco Emptor apocam, sive Cedulam Bancariam idoneam integri pretii Vendori in ipso emptionis actu debeat exhibere. *Pius V. apud eund. ibid. §. 10. ¶ Vide supra, 1569. 19. Jan.*
1570. 14. Jul. — Impressores in quacunque Orbis parte consistentes, Excommunicationis lætæ sententiæ pœnam incurrunr, si Missale Romanum imprimunt diversum ab illo, quod emendavit *Pius V. apud Cherubin. in Bullar. Rom. tom. 2. Constit. 106. qua incipit Quod primum tempore §. 7.*
1570. 23. Aug. — Monialibus Novitiis Ordinis S. Dominici in articulo mortis constitutis, emissâ ex indulto ante annum probationis expletum professione, dommodo sint in ætate legitima, conceditur plenaria peccatorum suorum indulgentia, & remissio in forma Jubilæi. *Pius V. in Constit. 8. qua incipit Summi Sacerdotii, §. 2. apud Peyrin. de Privileg. Regular. pag. mihi 213. ubi num. 5. querens, quænam sit utilitas hujus Privilegii quoad absolutionem, cum pro illo articulo nullus sit Causæ reservatus, respondit quod quilibet Confessarius ordinarius, etiam præsentem Prælato habente auctoritatem absolvendâ reservatis, poterit infirmum absolvere, & nulla infirmo remanebit necessitas comparandi, ex Suar tom. 4. de Relig. tract. 1. lib. 2.*